



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

L. Annæi Senecæ Philosophi Opera, Qvæ Exstant Omnia

Seneca, Lucius Annaeus <Philosophus>

Antverpiæ, 1605

Epist. XLIV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53700](#)

Iicitur. Eò tibi diligenterius viuendum est. Tunc felicem te esse iudica, cùm poteris in A publico viuere, cùm te parietes tui tegent, non abscondent: quos plerumque circumdatos nobis iudicamus, non ut tutius viuamus, sed ut peccemus occultius. Rem dicam, ex quā mores astimes nostros, vix quemquam inuenies, qui possit aperto ostio viuere. Ianitores conscientia nostra, non superbia opposuit. Sic viuimus, ut deprehendi sic, subito adspici. Quid autem prodest recondere se, & oculos hominum auresque vitare? Bona conscientia turbam aduocat, mala etiam in solitudine anxia atque sollicita est. Si honesta sunt quae facis, omnes sciant: si turpia, quid refert neminem scire, cùm tu scias? O te miserum, si contemnis & hunc testem.

E P I S T . X L I V .

P V L C R A epistola. Nemo se à stirpe contemnat, si ad Sapientiam, id est Virtutem, venit. B Hæc sola nobilitat.

ITERVM tu mihi te pusillum facis, & dicas, malignius tecum egisse naturam prius, deinde fortunam: cùm possis te eximere vulgo, & ad felicitatem omnium maximam emergere. Si quid aliud est in philosophiâ boni, hoc est, quod stemina non inspicit. Omnes si ad primam originem reuocentur, à diis sunt. Eques Romanus es, & ad hunc ordinem tua te perduxit industria: at mehercules multis quattuordecim sunt clausi. Non omnes curia admittit: castra quoque, quos ad laborem & periculum recipiunt, fastidiosè legunt. Bona mens omnibus patet: omnes ad hoc sumus nobiles. nec reicit quenquam philosophia, nec eligit: omnibus lucet. Patricius Socrates non fuit: Cleanthes aquam traxit, & rigando hortulo locavit manus: Platonem non accepit nobilem philosophia, sed fecit. Quid est quare desperes his te posse fieri parem? omnes hi maiores tui sunt, si te illis geris dignum. Geres autem, si hoc protinus tibi persuaseris, à nullo te nobilitate superari. Omnibus nobis totidem ante nos sunt. nullius non origo ultra memoriam iacet. ⁷ Plato ait: Neminem regem non ex seruis esse oriundum, neminem non seruum ex regibus. Omnia ista longa varietas miscuit, & sursum deorsum fortuna versauit. Quis ergo generosus? ad virtutem bene à naturâ compositus. Hoc unum est intuendum. alioqui si ad vetera reuocas, nemo non inde est, ⁸ ante quod nihil est.

A pri-

2. T I B I D I L I G E N T I U S .] Scripti vocem inse-
runt, tibi dic diligenterius. Lego, tibi dein diligenterius: aut, tibi, dico, diligenterius.

3. I N S O L I T U D I N E A N X I A .] Tertullianus:
Nullum maleficium sine formidine est, quia nec sine conscientia sui.

4. H V N C T E S T E M .] Nam ut Polybius in fra-
gmenis: Οὐδὲ τετραγένεια μάρτυς ἐστι φοβός, οὐ τε
κατηγόρος δικαστής, οὐδὲ σύντομος, οὐ κατοικότας τάξ
ινασῶν πολεων: Nullus neque TESTISTAM formidi-
bilibus, neque index tam grauis, quam Conscientia,
qua mentibus cuiusque infidet & inhabitat.

E P I S T . X L I V . 1. A D I I S S V N T .] Decerpt
ab aethere, sapius dictum & dicendum.

2. P E R D U X I T I N D U S T R I A .] Non na-
tus es Eques, sed factus. Censum industria quasi nisi, &
ex eo dignitatem.

3. Q V A T T U R D E C I M .] Gradus in theatris, pro-
prietate & ieiunctis Equitibus.

4. F A S T I D I O S E L E G V N T .] Nam etatem, ge-
nus, mores, censum etiam (olim quidem) insufficiabant.
Nos in Militia, lib. I.

5. N O N A C C E P I T N O B I L E M .] Alij contrâ, &
affensa traditum, Platonem nobilem virimque suisse.
Apuleius De Dogmate Plat. Aristo ei fusse pater
dictus est: ceterum Perictione Glauci filia mater
fuit. Et de vtroque, nobilitas satis clara. Nam Aristoteles pater, per Codrum, ab ipso Neptuno originem duxit: ab Solone sapientissimo matrem
deriuatus est sanguis. Hec ipsa Laertius, atque alijs, D
tradiderunt: & puer adeo, aurum nobilitatis infige in auricula gestauit, scriptum eidem Apuleio.
Quomodo non ergo nobilem accepit? sed cape & ad-
iunia, non sic nobilem celebremq.

6. M A I O R E S T V I S V N T .] At libris negatio ad-
ditur, non sunt: recte, si interrogando effers.

7. P L A T O A I T .] Vbi, alijs dicit. Ego contrâ in
eo legi: Reges ex regibus oriundos, donec ad lo-
uem origo reuocetur: Alcibiade primo. Vera tamen
illa dictio: & periodos cui fortunâ, si vides, eunt
hac in orbem.

8. A N T E Q V O D N I H I L E S T .] An quia è celo
& astris sumus, que prima in rebus? An verius, è
primis principiis omnes, Deo & Materiâ?

9. ATRIVM

AAA primo mundi ortu, usque in hoc tempus, perduxit nos ex splendidis folidisque alterna series. Non facit nobilem atrium plenum fumosis imaginibus. nemo in nostram gloriam vixit: nec quod ante nos fuit, nostrum est. ¹⁰ Animus facit nobilem: cui ex quacumque conditione supra fortunam licet surgere. Puta itaque te non esse equitem Romanum, sed libertinum: potes hoc consequi, ut solus sis liber inter ingenuos. Quomodo? inquis. si mala bonaque non populo auctore distinxeris. Intuendum est, non unde veniant, ¹¹ sed quo eant. Si quid est quod beatam vitam potest facere, id bonum est suo iure: depravari enim in malum non potest. Quid est ergo, in quo erratur? cum omnes beatam vitam optent, quod instrumenta eius pro ipsa habent, & illam dum pertunt, fugiunt. Nam cum summa beatae vitae sit solida securitas, & eius ¹² inconcussa fiducia, solicitudinis colligunt causas, & per insidiosum iter vitae non tantum ferunt sarcinas, sed trahunt. Ita longius ab effectu eius quod petunt, semper abscedunt, & quod plus operae impendunt, hoc se magis impediunt, & feruntur retro. Quod euenit in labyrintho properantibus, ipsa illos velocitas implicat.

EPYST. XLV.

NON multis libris, sed bonis, ad Sapientiam opus. Veteres superflua quedam, aut arguta, frustra scripsisse. Tum contra cauilllos, & vocam captiones. Res, res, & earum discrimina querenda: quis Beatus, & quod vere Bonum?

LIBRORVM isticinopiam esse quereris. Non refert quam multos, sed quam bonos habeas. lectio certa prodelt, varia delectat. Qui quod destinavit pertenire vult, vnam sequatur viam, non per multas vagetur. non ire istud, sed errare est. Velle, inquis, magis libros mihi quam consilium dares. Ego vero ¹ quoscumque habeo mittere paratus sum, & totum horreum excutere: me quoque isto si possem, transferre, & nisi maturete finem officij sperarem impenetratum, hanc senilem expeditionem indixisse, mihi: nec me Charybdis, & Scylla, & ² fabulosum istud fretum deterrere potuisset. Transnataleum ista, non solum traiecisem, dummodo te complecti possem, & præsens estimare quantum animo creuisles. Ceterum quod libros meos tibi mitti desideras, non magis ideò me disertum puto, quam ³ formosum putarem, si imaginem meam peteres. Indulgentia scio istud esse, non iudicij: & si modò iudicij est, indulgentia tibi imposuit. Sed qualescumque sunt, tu illos sic lege, tamquam verum queram adhuc, non sciam, & contumaciter queram. Non enim me cuiquam mancipavi, nullius nomen ferro: multum magnorum virorum iudicio credo, aliquid & meo vindico. Nam illi quoque non inuenta, sed querenda nobis reliquerunt: & inuenissent forsitan necessaria, nisi & ⁴ superflua quæsissent. Multum illis temporis verborum cauillatio eripuit, & captiose disputu-

D 9. ATRIVM PLENUM.] Romanus propriemos, collocandi in tabulariis per atria imagines maiorum: atque ex his nobilitas estimata. Aperiū & afferūt 1. Elec. cap. XXIX.

10. ANIMVS FACIT NOBILEM.] Ita vero, ille altus, bonus, hanc laudem & titulum habet: vel Eu- rypide indec.

τες γραφειας φίσω
Και της διαισθ, την ιωνιαν δέξασμάτω,
Και οσιδελών, εύγενες θεοί.

namque ab animo strenuos,
Instosq; quamvis orti & e seruis sient,
Stirpe ante vulgo nobiles puto.

11. SED QVOD EANT.] Bonis hoc tale ad Antigonum: O rex, sagittaris si opus habes, non Unde sint interrogas, sed scopum proponis, & qui

tangunt, eligis: sic & alios explorat, non Unde, sed Quales sint.

12. INCONCUSSA FIDUCIA.] Inter alia Stoicorum, & nimis: Sapientem sibi fidere, securum fui esse.

EPYST. XLV. 1. QVOSCVMOVE HABEO.] Meos preserim, & illos Lucilius petebat.

2. FABVLOSVM.] Non falsum, sed fabulosum. Sic Hydaspes fabulosus, in Horatio: de qua fama & fabula.

3. FORMOSVM PUTAREM.] Non ergo videtur fuisse, in corpore quidem, nam animo, quid pulchritus

4. SUPERFLVA QVÆSISSENT.] Cacoches philonophantium olim, nuper, hodie. Ipsi Stoici in hac culpa, ante omnes Chrysippus.

q

5. SED.